



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CLV. De partibus potentialibus temperantię. Et primo de  
continentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)



QVAESTIO CLV.

De Partibus potentialibus temperantiae, in quatuor articulos diuisa.

**P**OSTEA considerandum est de partibus potentia- libus temperantiae.

- ¶ Et primò de continentia.
- ¶ Secundò, De clementia.
- ¶ Tertio, De modestia.
- ¶ Circa primum considerandū est de continentia, & de incontinētia.

Circa continentiam quæruntur quatuor.

- ¶ Primò, Vtrum continentia sit virtus.
- ¶ Secundò, Que sit materia eius.
- ¶ Tertio, Quid sit eius subiectū.
- ¶ Quarto, De cō paratione eius ad temperantiam.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum continentia sit virtus.

**A**D PRIMVM sic proceditur. Videtur, qd continentia non sit virtus. Species n. non condiuiditur generi: sed cōtinētia cōdiuiditur virtuti, vt patet per Phil. 7. Eth. ergo cōtinētia nō est virtus.

¶ 2 Præt. Nullus vtendo virtute peccat, quia s̄m August. in li. 7. de lib. arb. Virtus est, quā nemo male utitur: sed aliquis cōtinēdo potest peccare, puta, si desideret aliquid bonum facere, & ab eo se contineat. ergo continentia nō est virtus.

¶ 3 Præt. Nulla virtus retrahit hominem à licitis, sed solum ab illicitis: sed continentia retrahit hominem à licitis. dicit enim glo. 7 Galas. qd per continentiam aliquis se etiam à licitis abstinēt. ergo continentia non est virtus.

**S**ED CONTRA. Omnis habitus laudabilis videtur esse virtus: sed continentia est huiusmodi. dicit enim Andron. qd continentia est habitus inuictus à delectatione. ergo continentia est virtus.

**R**ESPON. Dicendum, qd nomē cōtinētię dupliciter sumitur à diuersis. Quidam enim cōtinētiā nominant, per quam aliquis ab omni delectatione uenerea abstinēt. Vnde & Apost. ad Galat. 5. continentiam castitati coniungit: & sic continentia perfecta principalis quidē est uirginitas, secundaria verò uiduitas. Vnde secundum hoc eadem ratio est de continentia, quæ de uirginitate, quam supra diximus uirtutē. Alij verò dicunt continentiam esse, per quam aliquis resistit concupiscentijs prauis, quæ in eo ue-

**A**hementes existunt: & hoc modo accipit Phil. continentiam \* 7. Eth. Et hoc etiam modo accipitur continentia in collationibus patrum. Hoc autem modo continentia habet aliquid de ratione uirtutis, in quantum. Ratio firmata est cōtra passiones, ne ab eis deducatur: non tñ attingit ad perfectā rationē uirtutis moralis, s̄m quam etiam appetitus sensitiuus subditur rōni sic, vt in eo nō insurgat uehementes passiones rationi cōtrariæ. Et ideo Phil. dicit in \* 4. Eth. qd continentia non est virtus, sed quādam mista, in quantum. s̄m habet aliquid de uirtute, & in aliquo deficit à uirtute. Largi⁹ tamen accipiendo nomē uirtutis pro quolibet principio laudabilem operum, possumus dicere continentiam esse uirtutem.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, qd Philo. continentiam condiuidit uirtuti quantum ad hoc, in quo deficit à uirtute.

**A**D SECVDVM dicendum, qd homo proprie est id, quod est secundum rationem: & ideo ex hoc dicitur aliquis in seipso se tenere, qd tenet se in eo, quod conuenit rationi. Quod autem pertinet ad peruersitatem rationis, non est conueniens rationi: unde ille solus uere cōtinens dicitur, qui tenet se in eo, quod est secundum rōnem rectam, non autem in eo, quod est secundum rationē peruersam. Rationi autē rectæ opponuntur concupiscentię prauę, sicut & rationi peruersæ opponuntur cōcupiscentiæ bonæ. Et ideo proprie & uere cōtinens est, qui persistit in ratione recta, abstinēs à concupiscentijs prauis: non autem qui persistit in ratione peruersa, abstinēs à concupiscentijs bonis: sed hic magis potest dici obstinatus in malo.

**A**D TERTIVM dicendum, quod glo. sibi loquitur de continentia s̄m primum modum, s̄m quem continentia nominat⁹ quādam uirtutem perfectam, quæ non solum abstinēt ab illicitis bonis, sed etiam à quibusdam licitis minus bonis, ut totaliter intendatur perfectioribus bonis.

ARTICVLVS II.

Vtrum materia continentia sit concupiscentia delectationum tactus.

**A**D SECVDVM sic proceditur. Videtur, qd materia continentia non sint concupiscentiæ delectationum tactus. Dicit enim Ambros. in i. \* de offic. qd gene-

**¶** Super Quæstionis centesima quinquagesima quinta Articuli secundum.

Li. 7. per totum, tom. 5.

**I**N arti. 2. eiusdē qd dubium ex Martino in q. de continentia occurrit dupliciter. Primo arguente, quod cōtinētia nō determinatur ad materiam talem, scilicet delectationes tactus, sed reperibilis est in omni genere uirtutis: secundo, soluerunt rationes Sancti Th. in hoc articulo quibus concludit continentiam proprie esse circa concupiscentiam delectabilem secundum tactum, Arguit igitur primo sic, in omni genere uirtutis reperitur cōtinētia. ergo. Antecedens probatur. Si quis in opere iustitię pariat impugnationes a rebus delectabilibus, puta, muneribus, &c. & vincat, talis est iustus secundum aliquem gradum, & non secundum gradum heroicum, quia tentatio non excedit communem hominum facultatem, nec s̄m gradum temperantia, quia patitur impugnationem. ergo secundum gradum continentia. Secundo. In omni materia, in qua reperitur passiones impellentes ad persequendum aliquid, qd recta ratio dicit, inuenitur continentia: sed in omni genere, & materia uirtutis reperitur huiusmodi passiones. ergo. Maior est S. Tho. in hoc ar. in prin. Licet eam limitare videatur, sed nimis uoluntarie, ut patet soluendo rationē eius. Minor est certa. Nam per cupiditatem peccunia impellit quis ad inuulsiam, alius ad fugam, tertio, quarto, & quinto affectu primum, s̄m, & tertium argumenta huius articuli. & subdit. Has rationes ferre omnes soluit Th. per hoc, qd nomē cōtinētia potest accipi communiter, vel stricte, in quo inest ab eo dissensio, dum tamen confiet hos uirtutū grad⁹ in omni uirtutis genere reperiri

Li. 4. ca. vii. tom. 5.

D. 1166.

Lib. 1. ca. 46. in princip. tom. 4.



periri. Solut deinde primo argumentum literae in oppositum ex autoritate Aristot. 7. Ethico. scilicet, Continencia, & incontinencia sunt circa ea, circa quae est temperantia, & intemperantia, dicendo quod Aristotel. non loquitur ibi de temperantia, quae virtus est specialis, sed de temperantia quae est gradus cuiusque virtutis.

delectabilem per se inuenitur in materia, liberalitate & huiusmodi, continencia, & incontinencia sunt circa ea, circa quae est temperantia, & intemperantia, sed temperantia, & intemperantia sunt circa concupiscentias delectationum tactus, ut supra habitum est. Ergo etiam continencia, & incontinencia sunt circa eandem materiam.

ratione in corpore articuli. scilicet, Continencia est circa passiones impellentes vehementer: ergo est circa naturales ad tactum pertinentes in propria materia, quia sunt principia aliarum, & cum quae delectationes gustus sunt etiam naturales: tunc quia continencia est quidem circa passiones vehementes, sed non circa vehementiores: quoniam tam vehementer possit facere inclinationem, quod vehementia ipsa ponere actum extra gradum continentiae, & faceret ipsum perire ad gradum heroicum, puta, cum inclinatio facta esset tam vehementis, quae pauci hominum regulariter eam vinceret. Tertio, soluit motuum sumptum ex litera in responsione ad primum scilicet. Continencia proprie dicitur in illa materia, in qua difficillimum est contineri. Solut autem per idem, quia scilicet possit esse tanta difficultas continendi, quod actus non esset actus continentiae, sed virtutis heroicae, puta, si vincere tale passio, esset supra communem hominum facultatem. Quarto, soluit motum ex litera in responsione ad tertium. de continencia simpliciter, vel sine quibus: & dicit quod cum de continente, vel incontinente loquimur, circa alias delectationes tactus, & gustus aliquid adimus, ut magis explicemus quid intendimus, quoniam continencia multis modis sumitur.

SED CONTRA est, quod Philo. dicit in 7. Ethico. quod continencia & incontinencia sunt circa eandem, circa quae temperantia, & intemperantia: sed temperantia, & intemperantia sunt circa concupiscentias delectationum tactus, ut supra habitum est. Ergo etiam continencia, & incontinencia sunt circa eandem materiam.

Art. practe.

Li. 1. de ira ca. 1.

Lib. de inuentione, in fol. 3. ante octa lib.

Li. 9. de 5. tomo 5.

¶ 2. Præ. Nomen continentiae ex hoc sumitur, quod aliquid tenet se in bono rationis recte, sicut dictum est: sed quaedam aliae passiones vehementius abducunt hominem a ratione recta, quam concupiscentiae delectabilium tactus, sicut timor periculorum mortis, qui stupefacit hominem, & ira, quae est infania similis, ut Seneca dicit. Ergo continentia non dicitur proprie circa concupiscentias delectationum tactus.

RESPONDEO. Dicendum quod nomen continentiae refertur ad rationem quandam importat, in quantum se tenet se aliquis ne passionem sequatur: & ideo proprie continencia dicitur circa illas passiones, quae impellunt ad aliquid prosequendum, in quibus laudabile est, ut ratio retrahat hominem ad circumferendum. Non autem proprie est circa illas passiones, quae importat retractionem quandam, sicut timor, & alia huiusmodi. In his laudabile est firmiorem se tenere in sequendo quod ratio dicitur, ut supra dictum est. Est autem considerandum, quod naturales inclinationes principia sunt omnium superuenientium, ut supra dictum est: & ideo passiones tanto vehementius impellunt ad aliquid prosequendum, quanto magis sequitur inclinationem naturae, quae precipue inclinatur ad ea quae sunt sibi necessaria vel ad conservationem individui, sicut sunt cibi: vel ad conservationem speciei, sicut sunt actus ueneris, quorum delectationes ad tactum pertinent.

¶ 3. Præ. Tullius dicit in 2. Rhetor. quod continencia est, per quam cupiditas consilij gubernatione regitur: cupiditas autem magis consuevit dici diuitiarum, quam delectabilium tactus, secundum illud 1. ad Timoth. ult. Radix omnium malorum est cupiditas. Ergo continentia non est proprie circa concupiscentias delectationum tactus.

Et ideo continencia, & incontinencia proprie dicuntur circa concupiscentias delectationum tactus. AD PRIMUM ergo dicitur, quod sicut nomen temperantiae potest communiter accipi in quacunque materia, proprie tamen dicitur in illa materia, in qua est optimum hominum refrigerari: ita et continentia proprie dicitur in materia, in qua est exercet actum iustum. est iustum quo ad se, non secundum aliquem gradum iustitiae: dicitur quidem si illud est delectabile secundum quod dicitur in illius argum. Et hoc est iustum virtute, seu habitu, ut patet in 2. de virtutibus operibus temperantiae & fortitudinis.

¶ 4. Præ. Delectationes tactus non solum sunt in rebus ueneris, sed etiam in usu ciborum: sed continencia solum circa usum ueneriorum consuevit dici. Ergo non est propria materia eius concupiscentia delectationum tactus.

AD PRIMUM ergo dicitur, quod sicut nomen temperantiae potest communiter accipi in quacunque materia, proprie tamen dicitur in illa materia, in qua est optimum hominum refrigerari: ita et continentia proprie dicitur in materia, in qua est exercet actum iustum. est iustum quo ad se, non secundum aliquem gradum iustitiae: dicitur quidem si illud est delectabile secundum quod dicitur in illius argum. Et hoc est iustum virtute, seu habitu, ut patet in 2. de virtutibus operibus temperantiae & fortitudinis.

¶ 5. Præ. Inter delectationes tactus quaedam sunt non humanae, sed bestiales tam in cibis, utpote si quis delectaretur in esu carnis humanarum, quam etiam in ueneris, puta, in abusu bestiarum, vel puerorum: sed circa huiusmodi non est continencia, ut dicitur in 7. Ethic. non ergo propria materia continentiae sunt concupiscentiae delectationum tactus.

AD PRIMUM ergo dicitur, quod sicut nomen temperantiae potest communiter accipi in quacunque materia, proprie tamen dicitur in illa materia, in qua est optimum hominum refrigerari: ita et continentia proprie dicitur in materia, in qua est exercet actum iustum. est iustum quo ad se, non secundum aliquem gradum iustitiae: dicitur quidem si illud est delectabile secundum quod dicitur in illius argum. Et hoc est iustum virtute, seu habitu, ut patet in 2. de virtutibus operibus temperantiae & fortitudinis.

Ad euidenciam huius materiae sciendum est, quod cum apud Aristot. etiam ipso Martino acceptante, continencia proprie sit circa vehementes pugnas delectationum humanarum, & circa pugnas humanarum delectationum naturalium, scilicet & potus, ac ueneriorum, dicatur continencia, vel incontinencia simpliciter: circa pugnas autem aliorum delectabilium puta, honoris, pecuniae &c. dicatur secundum quid, scilicet cum additione, puta, continens, vel incontinens in re, honoris, pecuniae, & non continens, vel incontinens simpliciter, manifeste & absque scrupulo aliquo consequens est ut continencia trifariam inueniatur. Simpliciter, & per se, & secundum quid, & per accidens. Nam in illo virtutis genere, in quo passiones delectabilem non nisi per accidens inueniuntur, consequens est, quod continencia non nisi per accidens inueniatur. Et quia iniustitia non est circa passiones, sed operationes ad alterum, & non nisi per accidens ad iniustitiam passiones spectant, ideo continencia in iniustitiae operibus locum non habet nisi per accidens. In illo uero virtutis genere, in quo passiones

AD PRIMUM ergo dicitur, quod sicut nomen temperantiae potest communiter accipi in quacunque materia, proprie tamen dicitur in illa materia, in qua est optimum hominum refrigerari: ita et continentia proprie dicitur in materia, in qua est exercet actum iustum. est iustum quo ad se, non secundum aliquem gradum iustitiae: dicitur quidem si illud est delectabile secundum quod dicitur in illius argum. Et hoc est iustum virtute, seu habitu, ut patet in 2. de virtutibus operibus temperantiae & fortitudinis.



ambiguitatem temperantia imponit Aristoteles. De illa namque temperantia interpretandus est loqui, de qua superius tractauerat. & cui materiam assignauerat: alioquin non per notiora declarasset materiam continentia, sed ignotum per ignotius, dicendo quod continentia est circa illa, circa quae est temperantia. Nam

non minus ignotum est circa quae est temperantia illa facta pro gradu. Coniunctur quoque haec esse doctrinam Arist. aperte dum dicit. Neque enim circa oia est simpliciter incontinentia, sed circa quae immoderatus. Contine namque, quod si de immoderantia gradu facto loqueretur, q. fallo dixerit. Neq. enim circa oia est simpliciter incontinentia: quoniam immoderantia gratia omnibus viciis cois est, & circa omnia est. Solutio vero rationis litterae in corpore constat: quod ad primum: quia delectationes gustus, vt est quidam tactus, sub delectatione tactus comprehenduntur. Et quia in littera in responsione ad 4. explicatur prius, quod etiam ad gustus delectationes extendi potest continentia, secundum Aristotelem. Quo ad secundum, quia vehementia intelligenda est secundum subiectam materiam, scilicet infra delectationes humanas, & infra lauiudicium subiectae materiae stando, vt debet fieri, ratio currit, & nulla habet a Martino in litteram. Patet responsio. Et similiter dicendum est de solutione motui ex difficultate, scilicet, q. de difficultate infra humanas concupiscentias est fermo, & sic ratio expedita cu fubito motuo inuenitur. Et quoniam non si necessarium, ad bonitatem tunc doctrinae ictu, quod si quis maximam delectabilis pugnam salutes vinceret, quam rarissimus homo vinceret, non propterea haberet virtutem perfectissimam, hoc est, heroicam: sed haberet tantum actum heroicum. Sicut vir qui sine iustitia virtute facit iustum, non nisi secundum actum iustus est. Verbi gratia. Siquis agonizans pro conloquendo regno totius orbis terrarum, ad aliquod malum impelleretur, puta ad dicendum mendacium, & tamen praevalet ratione uinceret, non esset hic alius sine uirtute moralis existens, propter hunc actum heroicam uirtutis, sed heroicus actus, & dicendus esset heroicus continens imperium. Solutio demum motui ex Aristotele. distinctione de simpliciter, & secundum quid constatur, & coniunctur facta: ita quod nec est multiplici

significatione continentiae, nec ad maiorem expressionem fit ista additio in delectabilibus extra tactum & gustum, cum dicitur, Continens, vel incontinentis honoris, lucri &c. Nam si ex multiplici hoc esset significatione, ira oporteret addi in vna materia, sicut in alia, ut aequiuocatio, aut incertitudo vitaretur. Et sic etiam in delectabilibus tactus & gustus oportet addere aliquid, & dicere continens, vel incontinentis veneris &c. Et si ad maiorem expressionem haec fieret additio in omni similiter materia additione est opus ad maiorem expressionem. Ea teatur ergo veritate, q. additio in alijs materijs fit, q. solum habet ibi locum continentia fm quid: & in materia delectabilium tactus, nulla fit additio, q. ibi est incōtinentia simpliciter. Et hoc quadrat.

ARTICVLVS III:

Primum subiectum continentiae sit vis concupiscibilis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod subiectum continentiae sit vis concupiscibilis. Subiectum alicuius virtutis oportet esse proportionatum materiae: sed materia continentiae, sicut dictum est, sunt concupiscentiae delectabilium tactus, quae pertinent ad vim concupiscibilem. ergo continentia est in vi concupiscibili.

2. Praet. Opposita sunt circa idem, sed incontinentia est in concupiscibili, cuius passiones superant rationem. dicit enim Andron. q. incontinentia est malitia concupiscibilis, secundum quam eligit prauas delectationes prohibente rationali. ergo & continentia pariter est in concupiscibili.

3. Praet. Subiectum virtutis humanae vel est ratio, vel vis appetitiva, quae diuiditur in voluntatem concupiscibilem, & irascibilem: sed continentia non est in ratione, quia sic esset virtus intellectualis; neque etiam in voluntate, quia continentia est circa passiones, quae non sunt in voluntate: nec etiam est in irascibili, quia non est proprie circa passiones irascibilis, vt dictum est. ergo relinquatur quod sit in concupiscibili.

SED CONTRA. Omnis virtus in aliqua potentia existens auferit malum actum illius potentiae: sed continentia non auferit malum actum concupiscibilis, habet enim continens concupiscentias prauas, ut Philosophus dicit in 7. Ethic. ergo continentia non est in concupiscibili.

RESPON. Dicendum, q. ois virtus in aliquo subiecto existens, facit illud differre a dispositione,

lis prudentiae, & ad rationem spectat. Et pluries ab auctore habetur quod incontinentia est in ratione, seu rationabili parte animae. Quomodo ergo haec ex proposito determinatio, quod est in voluntate, constat?

Ad primum horum dicitur, quod secundum doctrinam auctoris, & veritatem, continentia, sicut non est uirtus, ita non est habitus proprie loquendo, sed est dispositio: quod ex differentia specifica inter habitum & dispositionem patet, quia scilicet est de facili mobilis ex propria ratione, non ex modo inextinguibili.

Secunda Secunda S. Thomae. B B B stendi.

Supra q. 53. artic. 5. ad 3. Et 1. 2. q. 58. artic. 3. ad 2. Et 3. dist. 33. q. 2. artic. 4. q. 2. Et 7. Ethic. lect. 10.

Super Quaestione centesimo quinta Articulum tertium.

Art. 2. eiusdem q. dubium occurrit ad hominem quo ad tria. Primo, quo pacto cu doctrina auctoris fiat, continentia esse habitus subiecti in voluntate, cu ad bonum morale supposito proprium, quod per passiones impeditur, uoluntas sit naturaliter inclinata, ita q. non egeat uirtute, nec habitu aliquo secundum auctorem. Secundo, quia auctor repugnantia hic de ipsa uoluntate dicit, dum dicit quod tam continens, quam incontinentis extra passionem existens, gerit in proposito concupiscentias illicitas non sequi. Ex hoc enim manifeste habetur, quod habet intentionem rectam, ac per hoc uoluntatem rectam. Et consequenter male subiungitur, quod prima eorum differentia est in uoluntate. Tertio, quia apud auctorem continentia est species constantis ut patet superius in questio. 53. artic. 5. ad 3. Constantia autem est pars integra

Art. praec. ad 2.

Lib. 7. cap. 9. circa finem. tom. 5.



stendi. Et ne hoc appareat volutarium; pbatur ex actu continentie: actus enim eius proprie est hominis in passionibus existens. Costat autem quod passio est de facili mobilis: ex propria igitur ratione continentia est de facili mobilis, ac per hoc non est habitus, sed dispositio, quamuis extero habitus note ad totam primam speciem qualitatis continentia habitus vocetur interdum. Non obstat autem authoris doctrina quod voluntas egeat dispositione superaddita ad purgandum contra vehementes passiones, que inlunt contra morale bonum proprium ipsius suppositum, licet sit contra doctrinam ponere in ea habitum, aut virtute respectu homini boni. Et sic terminata sit questio in precedenti libro mota, & disputata, de subiecto continentie.

¶ Ad secundum dicitur, quod author expresse specificat, quod prima differentia inuenitur in voluntate ut eligat, & non in intentione. Quo fit, ut inter virtutem morale & continentiam tanta sit differentia, quod virtus moralis rectificat intentionem & electionem: quoniam rectificat voluntatem respectu finis, eius quod est ad finem. Et ideo a priori & perfecte est habitus electivus. Continentia autem solum electionem rectificat pro tunc, si in statu pugnae, sicut incontinentia solum electionem inficit, & obliquat in statu pugnae.

D. 98r. ¶ Ad tertium dicitur, quod ex responsione ad secundum in littera habet glossa. & ratio oritur verborum sonantis, quod continentia sit in ratione, si quod intelligitur, ut in primo momento. Et hoc modo dicitur species constantia, ut mouetur.

¶ In eodem articulo 3. dubium occurrit, quia littera ista expresse contradicit Aristoteli in 7. Ethic. ubi ponit differentiam inter temperatum, & continentem in hoc, quod temperatus eligit, continentis non eligit. Quo ergo in littera dicitur

quam habet, dum subijcitur opposito vitio. Concupiscibilis autem eodem modo se habet in eo qui est continens, & in eo qui est incontinens: quia in utroque protulit in concupiscentias pravas vehementes. Unde manifestum est, quod continentia non est in concupiscibili sicut in subiecto. Similiter etiam ratio eodem modo se habet in utroque: quia tam continens, quam incontinens habet rationem rectam, & uterque extra passiones existens eligit in proposito concupiscentias illicitas non sequi. Prima autem differentia eorum inuenitur in electione, quia continens quamuis patitur vehementes delectationes & concupiscentias, tamen eligit non sequi eas propter rationem: incontinens autem eligit sequi eas non obstante contradictione rationis. Et ideo oportet quod continentia sit sicut in subiecto in illa vi anime, cuius actus est electio: & hæc est voluntas, ut supra habitum est.

¶ Ad primum ergo dicendum, quod continentia habet materiam concupiscentias delectationum tantum, non sicut quas moderetur, quod pertinet ad temperantiam, quæ est in concupiscibili, sed est circa eas quasi eis resistens. Unde oportet, quod sit in alia vi, quia resistens est alterius ad alterum.

¶ Ad secundum dicendum, quod voluntas media est inter rationem & concupiscibilem, & potest ab utroque moveri. In eo autem qui est continens, mouetur a ratione: in eo autem qui est incontinens, mouetur a concupiscibili. Et ideo continentia potest attribui rationi sicut primo mouenti, & incontinentia concupiscibili, quamuis utroque immediate pertineat ad voluntatem sicut ad proprium subiectum.

¶ Ad tertium dicendum, quod licet passiones non sint in voluntate sicut in subiecto: est tamen in potestate voluntatis eis resistere. Et hoc modo voluntas continentis resistit concupiscentiis.

ARTICVLVS IIII.

¶ *Utrum continentia sit melior quam temperantia.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod continentia sit melior quam temperantia. Dicitur enim Eccles. 26. Omnis autem ponderatio non est digna continentis anima. ergo nulla

la virtus potest continentie aduari.

¶ 2. Preterea. Quanto aliqua virtus meretur maius primum, tanto potior est: sed continentia videtur mereri maius primum, dicitur enim 2. ad Timoth. 2. Non coronabitur, nisi qui legitime conuerit. Magis autem certat continens qui patitur vehementes passiones, & concupiscentias pravas quam temperatus, qui non habet eas vehementes. ergo continentia est potior virtus quam temperantia.

¶ 3. Præterea. Voluntas est dignior potentia quam vis concupiscibilis, sed continentia est in voluntate, temperantia in vi concupiscibili, ut ex dictis patet. ergo continentia est potior virtus, quam temperantia.

SED CONTRA est, quod Tertullianus & Andronicus ponunt continentiam adiunctam temperantiam sicut principali virtuti.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, nomen continentie dupliciter accipitur. Vno modo, secundum quod importat abstinentiam ab omnibus delectationibus ueneris. Et hoc sumendo nomen continentie, continentia est potior temperantia simpliciter dicta, ut patet ex his que supra dicta sunt de preeminencia virginatis ad castitatem simpliciter dictam. Alio modo potest accipi nomen continentie secundum quod importat resistenciam rationis ad concupiscentias pravas, que sunt in hominibus uehementes: & secundum hoc temperantia est multo potior quam continentia, quia bonum virtutis laudabile est ex eo quod est secundum rationem. Plus autem viget bonum rationis in eo qui est temperatus, in quo etiam ipse appetitus sensitivus est subiectus rationi, & quasi a ratione edomitus: quam in eo qui est incontinens, in quo appetitus sensitivus vehementer resistit rationi per concupiscentias pravas. Unde continentia comparatur ad temperantiam sicut imperfectum ad perfectum.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod autoritas illa potest dupliciter intelligi. Vno modo, secundum quod accipit continentia pro abstinentia ab omnibus ueneris. Et hoc modo dicitur, quod omnis ponderatio non est digna continentis in genere castitatis, quia etiam fecunditas carnis, que



quaritur in matrimonio, ad quatuor continentia virginali, vel viduali, vt supra dictum est. \* Alio modo potest intelligi secundum quod, nomen continentie sumitur communiter pro omni abstinencia a rebus illicitis: & sic dicitur qd omnis ponderatio non est digna animae continentis, quia non respicit aestimationem auris vel argenti, quae commutatur ad pondus.

AD SECVNDVM dicendum, qd magnitudo concupiscentiae, seu debilitas eius, ex duplici causa procedere potest. Quandoque enim procedit ex causa corporali. Quidam enim ex naturali complexione sunt magis proni ad concupiscendum quam alij. Et iterum quidam habent opportunitates delectationum concupiscentiam inflammantes magis paratas quam alij: & talis debilitas concupiscentiae diminuit meritum, magnitudo vero auget. Quandoque vero debilitas, vel magnitudo concupiscentiae provenit ex causa spiritali laudabili, puta, ex vehementia charitatis, vel fortitudine rationis, sicut est in homine temperato: & hoc modo debilitas concupiscentiae auget meritum ratione suae causae, magnitudo vero minuit.

AD TERTIVM dicendum, qd voluntas propinquoior est rationi, qd vis concupiscentialis. Vnde bonum rationis ex quo virtus laudatur, maius esse ostenditur ex hoc, qd pertingit non solum vsque ad voluntatem, sed etiam vsque ad vim concupiscentibilem, quod accidit in eo qui est temperatus, quam si pertingat solum ad voluntatem, ut accidit in eo qui est continens.

Super Questionis consuequingua- gismas extra Aristotum primum.

QVAESTIO CLVI.

De incontinentia, in quatuor articulos diuisa.

OSTEA considerandum est de incontinentia.

ET circa hoc quaruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum incontinentia pertineat ad animam, vel ad corpus.

¶ Secundo, Vtrum incontinentia sit peccatum.

¶ Tertio, De comparatione incontinentiae ad intemperantiam.

¶ Quarto, Quis sit turpior, vtrum incontinens ira, vel incontinens concupiscentiae.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum incontinentia pertineat ad animam, an ad corpus.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod incontinentia non pertineat ad animam, sed ad corpus. Diuersitas enim sexuum non est ex parte animae, sed ex parte corporis: sed diuersitas sexuum facit diuersitatem circa incontinentiam. dicit enim Philosoph. 7. Ethic. \* quod mulieres non dicuntur neque continentes, neque incontinentes, ergo incontinentia non pertinet ad animam, sed ad corpus.

¶ 2. Præter id quod pertinet ad animam non sequitur corporis complexiones: sed incontinentia sequitur corporis complexionem. dicit enim Philo. in 7. Ethic. \* qd

A maximè acuti, idest, cholericis, & melancholicis, secundum irrefrenatam concupiscentiam sunt incontinentes. ergo incontinentia pertinet ad corpus.

¶ 3. Præter. Victoria magis pertinet ad eum qui vincit: quam ad eum qui vincitur: sed ex hoc dicitur aliquis esse incontinens, quod caro concupiscens aduersus spiritum superat ipsum. ergo incontinentia magis pertinet ad carnem, quam ad animam.

SED CONTRA est, quod homo differt a bestiis principaliter secundum animam. Differt autem secundum rationem continentiae & incontinentiae. Bestias enim dicimus neque continentes, neque incontinentes, vt patet per Philosophum in 7. Ethicor. \* ergo incontinentia maximè est ex parte animae.

RESPON. Dicendum, quod vnumquodque attribuitur magis ei quod est causa per se, quam ei quod solum occasionem praestat.

Id autem quod est ex parte corporis, solum occasionem praestat incontinentiae. Ex dispositione enim corporis potest contingere, quod insurgant passiones vehementes in appetitu sensitivo, qui est virtus corporis organici: sed huiusmodi passiones quantumcumque vehementes, non sunt sufficiens causa incontinentiae, sed occasio sola, eo quod durante vsu rationis semper homo potest passionibus resistere. Si vero passiones adeo insurgant, quod totaliter auferant vsum rationis, sicut accidit in his, qui propter vehementiam passionum amentiam incurrunt, non remanebit ratio continentiae, neque incontinentiae: quia non saluatur in eis iudicium rationis, quod continens seruat, & incontinens deserit. Et sic relinquatur quod per se causa incontinentiae sit ex parte animae, quae ratione passionibus non resistit.

Quod quidem fit duobus modis, vt Philosophus dicit in 7. Ethicorum. \* Vno modo, quando anima passionibus cedit antequam ratio consilieret: quae quidem vocatur irrefrenata incontinentia, vel praeuolatio. Alio modo, quando non permanet homo in his, quae consiliata sunt, eo quod debiliter est firmatus in eo quod ratio iudicauit: vnde & haec incontinentia vocatur debilitas. Et sic patet, quod incontinentia principaliter ad animam pertinet.

Secunda Secundae S. Thomae. BBB 2 spon-

perans, & vincens est causa per se eius quod est irrefrenata, & vincit: sed passio est per se superans, & vincens voluntatem quae contra tendit. ergo. Et illud, inquit Martinus, patet quod non sufficienter probat conclusionem, hinc scilicet, qd incontinentia non est corporis, sed animae. Thomas, per illud medium, quod passio non est causa per se, sed occasio tantum.

¶ Ad haec dicitur, qd si quis penetrat quo pacto appetitus sensitivus est motiuus voluntatis, facile haec soluet. Penetrabit autem hoc, qui intuitus fuerit doctrinam auctoris in praecedenti lib. q. 9. art. 2. vbi docetur, quod sicut homo frigus ex hoc ipso quod friget, mouetur ad volendum locum calidum: ita homo in passione existens, ex hoc ipso quod est sic dispositus secundum illam passionem, mouetur ad volendum quod consonat homini sic disposito, puta, ad puniendum si est iratus, ad venerem si est ardens &c. Et ratio ibi assignatur, quia hinc scilicet ex dispositione hominis, seu subiecti fit ut aliqd sit, vel appareat conueniens illi quod cessante illa dispositione non est aut appareat conueniens: quoniam conueniens ex parte vtriusque potest oriri extremi, scilicet vel ex dispositione subiecti, vel ex natura obiecti. Et sic, ut ibi dicitur, dispositio subiecti redundat in obiectum faciendo ipsum esse, vel apparere p tunc conueniens. Et sic patet, quod passio valde remota mouet voluntatem, scilicet disponendo subiectum, & inde conueniens conuenientia in obiecto motiuo voluntatis, non necessitando tamen ipsam. Vnde merito non per se causa, sed occasio dicitur passio incontinentiae, quae est actus voluntatis. Et cum dicitur, Causa per se impellens & inclinans &c. re-

Lib. 7. cap. 7. a medio, & cap. 6. declinando ad finem, tom. 5.

D. 98.

Lib. 7. cap. 7. non procedit ad finem, tom. 5.